

I. N. J.

7, 19

DISSERTATIO PHILOSOPHICA,  
De

TERMINIS  
METAPHYSICIS,

Quam

Suffragio Ampl. Phil. ad auram Cho-  
ri, in inelyto Fennorum Lyceo,

MODERANTE

UIRO PRÆCLARISSIMO

DN. GABRIEL

JUSLENIO,

Log. & Metaph. Prof. Ord.

*Pro indipiscendis Honoribus in Philo-  
sophiâ Summis,*

Loco horiscj s̄vetis, d. 5 Maji A. 1706.

*Publicæ bonorum censura defert*

JOHANNES CH. WALSTENIUS,  
Bor: Fennus.

---

Exc. Jo. Wal,

SACRÆ REGIÆ

Magnæ &  
Fi  
VI

PERILLUSTRI ac GENEROSISSIMO  
DOMINO,

DN. JOHANNI  
LILIENSTEDT,

REGII

Tribunalis Wismariensis

VICE-PRÆSIDI

Amplissimo,

MÆCENATI

Maximo

&

Benignissimo

Submisle perpetim suspiciendo.

SERAM IMMOR

MAJESTATIS

Speſtatae

dei

RIS

GENEROSO ac NOBILISSIMO

DOMINO,

DN. ERICO

LOSCHIÖLD,

REGII Dicasterii

Magni Ducatus Fenningiae

ASSESSORI

Gravissimo.

PATRONO,

longe

Optimo &

Propensissimo

Humilime ſemper colendo.

TALITATEM!



ereor certè, ut Oculis  
VESTRIS, GENERO-  
SISSE VICE-PRÆ-  
SES ac ASSESSOR  
NOBILISSE, ob-

verfari aufim; pavet animus, ne  
nimia procacitatis ac proterviae  
ftigmate notetur, qui exiles hofce in-  
genii fœtus Tantorum in confpectu  
VIROBORUM exponere fuffineat. Ex-  
pofuit tamen fublevatus erectusque  
fpe nixâ in VOBIS. Fretus infigni  
VESTRA in Mufarum Cultores Be-  
nivolentia & Humanitate ad Limen  
VESTRUM rudem hanc ac informem  
haud veritus eft deponere opellam.  
Accipiatis ergo placidè, fupplex  
fumè defiderat, VOS, quorum maxi-  
mè defiderat favorem; Oculis afpiciatis  
beni-

benignis VOS, Quos Charactere bonitatis ac clementiæ Splendidos esse voluit summus Arbiter. Adhæc obtestatur, mente excipiatis serenâ devota nuncupantem vota, ut Sospites vivatis, vigeatis, floreatis in MAGNI REGIS, PATRIÆ, VESTRORUMQUE usum, emolumentum, gaudium; & quod perpetuò daret, O DEUS, da precibus ejus, qui permanet!

PERILLUST. DN. VICE-PRÆSES

&

ASSESSOR NOBILISSIME

GENEROS. NOMINUM VESTRORUM

*devotissimus cultor*

JOH: WALSTENIUS.

NOBILISSIMO, *Adm. Reverendis, Cla*  
Do  
PATRONIS, PARENTIS,  
& Favens

DN. JOHANNI  
WALLENSTEEN,  
Halikoënsium & Pijckensium Ju-  
dici Territoriali Æquissimo, Pa-  
truo & Mæcenati summo reve-  
rentiæ zelo semper deve-  
nerando.

DN. M. HAQVINO  
PIHLMANN,  
Pastori Ecclesiæ Wirmoënsis du-  
dum meritissimo, Ecclesiarum  
vicinarum Præposito accuratissi-  
mo, Patrono summâ animi sub-  
missione indefinenter pro-  
sequendo.

*ritate & doctrina maxime Conspicuis*

MINIS,

FAUTORIBUS summè Bonis

tissimis,

DN. M. CHRISTIANO

WALSTENIO,

Pastori in Wehmo longe dignissimo,  
districtus adjacentis Præposito gra-  
vissimo, Parenti ut benignissimo, ita  
filialibus obsequiis piè perpetim  
suspiciendo.

DN. M. ANDREÆ

BERGIO,

Præposito & Pastori in Edssala vi-  
gilantissimo, sanguinis conjunctio-  
ne & benevolentia devinctissimo,  
Evergetæ quibusvis obsequiis ad  
extremum vitæ halitum  
demerendo.

**S**umma VESTRA PATRONI etatem deve-  
nerandi, TUA praesertim GENITOR, sub-  
missè semper suspiciende, benignitas, Favor,  
cura, ab ephebis in me collata vehementer ex-  
poscit; si modo ingratitude extrema repre-  
hensionem evitare malim, quod facere firmi-  
ter proposui, ut eam tandem animum meum  
erga VOS gratissimum declaratum, ac hujus  
ausus VOBIS Sacratos velim; non nescius,  
nil esse, consideratione beneficiorum grandium  
in me VESTRORUM, ac TUORUM praecipue  
PARENS CARISSIME, eâ tamen, qua par est,  
animi submissione VOS humilime rogatos ve-  
lim, hoc rudimentum conatum meorum, in  
pignus submissè solum mentis oblatum, placi-  
da faciei temperie suscipere haud dedignemini;  
nec non pro incolumitate VESTRA, in magnum  
multorum commodum, suspiriis largis DEUM  
Solicitantî perpetuo favere!

VOBIS ad obsequia

paratissimo

Joh: Walstenio.





AUSPICE DEO !  
MEMBRUM PRIUS.

§. I.



ERO, concinno succinctove,  
*rerum, conceptuum ac ver-*  
*borum* ad se invicem  
ordine, via facile pandi-  
tur ad solidum quodvis  
cognoscendum. Nam res, ceu norma  
& basis, tales in se & suâ sunt naturâ,  
quales in ipso creationis momento vo-  
luit esse divina Bonitas, ac postmodum  
constanter permanere. Porro, si quid-  
quam est in homine, quod nomine ru-  
derum imaginis divinæ veniat, certè  
esse liquet id in intellectu, quò res per  
sensus ad se delatas, ac coram quasi re-  
præsentatas perpendit, præcisive nempe,  
haud secus, quam arbitratur eas ipsas  
congruere cum intellectu Divino, sive

cognoscente, sive infimul mensurante; deinceps *quadam* velut *semina rerum consipit*, unde *conceptus*, inquit Auriv: Prof: quondam Upsal: qui rebus correspondet, licet non *quoad strictam adequationem*, attamen *veritatem certam*, quod docet D. Calov: ac intendit Auriv: hisce verbis; *debet exacta esse convenientia, si non ratione strictæ cujusdam adequationis, attamen veritatis certe inter cognitionem rei & rem ipsam; ita ut, illa rei, non res illi undecunque hausta, debeat conformari*: adeoque sic res mensura *conceptus*. Voces denique quod attinet; à Viris facundis ac disertis fingebantur, ab intellectu rebus, ut signentur, appropriatæ, prout eas illis convenire apprehendit, atque ita vocum norma *conceptus*. Verum, cum *infinite sint quasi res*, annuente Scharf: denturque *conceptus universalissimi*, qui Eloquentium Romanum, quatenus nobis cognitum, crebrò vocum commodè exprimentium arguant penuriæ, haud rarò novæ fuerre excogitandæ, non temerè tamen & insullè, sed ex suis fontibus deducendæ, quæ

quæ *Terminorum* apud Nostrates nomine venire sivevère, nec incongruè, cum res hisce adhibitis commodè exponatur, definiatur, conceptusve velut circumscribatur. De hisce, præsertim *Metaphysicis*, cum reliquarum scientiarum *Terminis* antecellant, ob usum præcipuè, qui est eorum in naturâ rerum prorsus singularis, dum verba fusius differendo fecero, sinistro absis iudicio B. L.

## §. II.

**E**ruditorum moris tenax ut sim, ad nomenclaturam harum vocum nempe *Termini* & *Metaphysicæ* evolvendam invitari me faciam à Scalig: apud Scharf: qui ait *maximam subtilitatis partem in libris sapientum esse Oeconomiam*. Quod commodè satis fiet, opinor, si indigitavero vocem *Termini* natales debere, omissis minus consonis, Græcæ voculæ *τέμα*, *terminus*, hoc verò à verbo, *τίγω*, *vexo*, *affligo*, *subjugo*, &c. aut *τίπω*, *delecto*, *exhilaro*, *mulceo*, &c. Quippe *Termini* primò vexare quasi & affligere

videntur rationem; subjugati deinceps, vel rectius intellecti, eandem expoliunt, informant, exhilarant, permulcent, delectant. Ne *ὀνομασία* sive varia vocis acceptio nobis illudat, ac in errorum sentinam præcipites detrudat, expediet notasse accipi, ( $\alpha$ ) pro limite quovis qui agrum **ab** agro distinguit, ( $\beta$ ) per **metaphoram** pro quovis fine, ut apud Ciceronem de orat: *Nullis Terminis circumscribere aut definire jus suum.* ( $\gamma$ ) Apud Antiquos, pro DEO, in cujus tutela fines agrorum esse existimabant, unde etiam sub aperto colebatur, propterea, quod nefas putabatur, Terminum sub tecto consistere: dicit Festus cit: Calep: ( $\delta$ ) æquipollere Enti; penes Calov: p. 217. *cum respectu saltem ad cognitionem nostram; que incipit ab accidentibus & terminatur in essentia:* ( $\epsilon$ ) Pro voce technicâ, sive notione secunda, quæ significatio heic loci ut genuina arripet. Synonymorum verò disquisitione superfedere, cum per pauca aut nulla, nullius adhæc momenti, esse possint, svadet studium brevitatis

## §. III.

Vocem *Metaphysices*, quod attinet genus ducit à Græco *μετά* & *Φυσική* ex quibus vi significationis primariâ ac propriâ, elicitur verbum *transnaturalis*, *postnaturalis*; non quod dignitate & naturâ, ut perspicuum, aliis sit inferior Scientiis, verum ratione inventionis & modo considerandi iis cedat, nempe quod post cæteras in lucem redacta sit, & innuat, ultimò, ob modum cognoscendâ difficilem, in usum introducendam esse; nec non Tirones notitia minus abstrusarum & abstractarum imbutos hujus postmodum esse imbuendos; uti commodè ex hoc dicto Scharff; colligi potest: *Non enim facile docentur vel demonstrantur Metaphysicalia, nisi discipulus aliquis rerum physicarum cognitione imbutus sit; quis enim in rebus abstractissimis & à sensu remotissimis occupata est disciplina. Transnaturalis audit, propterea, quod in sublimiore gradu & ordine consistat, statumve rerum naturalium longe transcendat,*

unde *Transcendentalis* quoque nuncupari  
 iuevit. Æquivocationis indagine cessare  
 jubemur, cum nulpnam fere se obviam  
 præbeat. Synonyma verò pauca recen-  
 sere placebit *Metaphysices*. Salutatur e-  
 nim (α) *Hyperphysica* apud Scharff: ob  
 dignitatem suam ac excellentiam. (β)  
*Philosophia prima* ab Aristotele, quia  
 agit de primo scibili, seu de Ente uni-  
 versalissime accepto. (γ) *Ὀντολογία* à  
 Calov: reliqua B: L: apud Authores de-  
 prehendet, quos videat, cui volupe.

## §. IV.

Instituti ulterius requirit ratio, ut ho-  
 rum nempe *Terminorum* Authorem  
 primum indagemus. In eo dispiciendo,  
 dum occupati tenemur, deprehendimus  
 Jehovahæ universi Conditori primas de-  
 beri, cum agnoscamus ipsum sapientiæ  
 capacem condidisse mortalem, eique  
 desiderium indidisse Naturale circa su-  
 blimia quævis versari, nec non indolem  
 concessisse præacutam, qua causas re-  
 rum naturalium summas indagari ac  
 veri-

veritatem cognoscere queat. Proximas autem sibi venditasse partes Philosophos eruditione conspicuos fatemur. Inter eos eminuit præsertim Aristoteles, quem Alexandro Magno, Imperii tenente falces, vitam tranlegisse tradunt annales. Vir multo præclarus ingenio, ceu dispalescit in hoc, quod quatuordecim volumina ediderit *Metaphysica*, quorum in ordine quartum seorsim *Terminorum* universalissimorum naturæ considerationem absolvit, quos tunc decies quatuor fuisse refert D. Calov: Hic namque primus, ὁδὸς agnoscitur per ardua quævis atque spinosa, licet nonnunquam in diversa à vero iverit, quod nec mirari subit, quandoquidem homo erat, & *humanum est errare*, nec divinarum atque Mysticarum notitiâ imbutus. Hunc Philosophi secuti alii, hujus scripta sibi reddere nota; peculiari autem modo illi, quos Scholasticos, ob subtilitates quas venati sint inutiles, volunt nuncupatos.

## MEMBRUM POSTERIUS.

§. I.

U T inoffenso pede in uberiores propositi thematis diductionem progredi liceat, conducit in antecessum ritè, breviter ac perspicuè explorasse, num horum, nempe *Terminorum*, inventio vitiosæ aliquatenus debeat origini, nec non suspicionem istam amovisse. Quod facturi, fatemur contrariam opinionem esse infallibilem, indeq; nos non solùm posse arguere istam priorè falso laborare principio, sed & auctoritatem aliquã divinam *Terminis* assignare, ceu inclarescit; *Cum primum & perfectissimum in unoquoque genere sit mensura reliquorum, & cui largiatur esse, eidem quoque perfici det ac operari.* Si huic effato refragari nullus queat, quod latendum est, sequitur hos *Terminos* mero dictamini mentis inquinatæ, haud esse adscribendos, sed inter dona insignia divinitus concessa referendos. Nam quemadmodum



dum DEUS dedit esse menti humanæ, ita quoque concurrat ad omne bonum opus à mente productum; quod docet Divus Jacob in Epist. suâ. c. 1. v: 17. *πᾶσα δόσις ἀραθῆ, καὶ πᾶν δῶρημα τέλειον ἀνωθεν ἐστὶ, καταβαῖνον ὑπὸ τῷ πατρὸς τῶν φώτων.* i. e. *omne datum bonum, omne donum perfectum, desursum est, descendens à Patre Luminum: E: etiam ad esse terminorum, quos existere bonos perinde liquet: Quicquid est, aut à se ipso est, aut ab alio: nil finitum est à seipso, E. ab alio, eoque aut bono, aut malo: non à malo; quia boni aut rei alicujus maxime necessariæ origo sive causa esse non potest: E. à bono; bonos autem esse terminos & res summoperè necessarias probo adhuc exinde; quod interserviant *Mysteriis Scripturae Sacrae interpretandis, articulis fidei propugnandis, &c.* liquidumve fiet in sequentibus, & cuius periclitanti adhuc evidentius. Præterea intrepidè adstrui potest assertio hæc; cum, quod Lumen naturæ in homine post lapsum extare voluit Benignissimus*

Conditor, inter ignorantiae tenebras saltem gliscens, adhuc paterne foveat, conforterq; quo possit Vir Ingeniosus & sagax per illud percipere ac conipere quid perspicaciae Divinae consentaneum; quod autem consonum est, id quoq; bonum esse profitebimur; congruos vero esse *Terminos* hosce, modo paucis demonstratum ivimus. adhuc demonstrabimus exinde, quod in Sacro codice deprehenduntur Christi Apostoli, praesertim divus Paulus illis usus fuisse in epistolis suis nempe ad Romanos, cap: 4. v. 17. *Terminus* habetur *Metaph:* *ἡ μὴ ὄντα, ὡς ὄντα* i. e. non entia, ut entia; ad Ebraeos, cap. 1. v. 3. *χαρὰ κινήτης ἡ ἐμσάσεως αὐτῆς* i. e. imago personae sive substantia ejus: cap. 3. v. 14. *ἔξῃς*, i. e. habitus, nec non in locis per plurimos alios, quae meam modo effugiunt tenuitatem. Robur insuper accedere vult dictis ex consideratione artis mechanicæ opificumque, quibus summus opifex suum pollicetur afflatum, de quo in Pentateucho. *Elige viros probos, inspirabo ipsis, quid quae faciunt:*

*pi ratione.* Multo ergo plus credere jubemur, Nomen omnium bonorum iis suo adesse instinctu, quæ in sui magis animadverteret vergere gloriam, nec non cum essentiali suâ sapientiâ plus quasi habere commune.

## §. II.

Ut nervum penitius tangamus, instituti postulat ratio, ac *Terminorum* intueamur naturam. Hanc vero dum rimari tenemur ac speculari, deprehendimus ipsos Logicè definiri non posse, quia tum requiritur conceptus latior ac strictior, sive ut magis Philosophicè loquar, verum genus & differentia, quæ compositionem inferre videntur realem, quam in hisce concedere non licet, cum sint *transcendentes*, sive quod per totam rerum naturam sese diffundant, & se nil quidquam latius aut æquè late patens, agnoscant. Ideoque ipsos qualitercunque explicare contendemus, ac per sua attributa seu affectiones exprimere. Nam per eas sentimus illos, modo respectu

nostri faciliore sese nobis manifestare. Duas autem sibi volunt assignare potissimè, *subtilitatem* nempe & *communitatem*. Quod perinde patet. Quicquid sub alio atque alio *formali* se se nobis cognoscendum offert; id facit per diversas formales rationes, sive attributa, at hi *termini* modo sub conceptu *subtilitatis*, modo *communitatis* intellectui nostro sunt obvii, seu concipimus eos aliter prout sunt subtile, aliter ut communes. E: concedendum erit has ipsis esse affectiones. Hoc evictò, *subtilitatem* priori ponimus loco, non quod in se ita sit, sed in modo cognoscendi; ac in respectu ad rationem nostram prioritas hæc ipsi debeatur; quatenus primo horum *quidditatem* seu naturam perspicientis oculorum aciem constringat, ac ab intellectu apprehendendos cum difficultate perstringat: Diximus in *respectu ad mentem nostram*, & notanter quidem, non tamen eo ipso intellectum volumus nos perhibere hanc affectionem esse mentis opus sive *rationis ratiocinationis*.

nantis, ut Philof., verum ut plurimum habere fundamentum in re, five esse *rationis ratiocinata*: Quandoquidem *realitatem*, quâ modificat, habeat distinctam à re, quam modificat; seu magis Latine, cum potis sit gignere conceptum distinctum à conceptu rei, cujus est affectio; & exinde nata. Cum scilicet mens nostra in horum se scrutinium immittat, conspicit ipsos adeò esse subtiles densive quasi tenebris circumfutos, eo autem subtiliores, quo magis detæcati, ac in *Universaliorem* elevati *Statum*, ut acurmine vix ingenii penetrari queant: quod tamen ex suâ naturâ non sunt, sed simplicissimi, contestatur quivis cui felicitas in hisce versari contigit, mentemq; nostram, quod attendendū venit, imbecillitatis arguant, quæ efficit ut subtiles cernantur. Hæc propterea caligo mentis abigenda est, ut *Subtilitas* illa *Suavissimū animi pabulum* & *mellitissimum Nectar*, evadat: ceu inquit B. Prot: Alander, in disert. sua grad: per media tamen, quæ *pie preces*: Nam nunquam non conducet

Essentialem illam lucem assidue sollicitare, quo velit nubes nobis circumfusas dissipare, nec non suâ impertire luce. Alterum medium constat esse *diligentiam*, quâ sudandum est; namque *non tibi per ventos assa columba venit*, ut canit Poëta: Nec cuivis oscitanti parent & obeso.

## §. III.

Jam ad alteram *Terminorum*, quam dedimus, affectionem breviter tenuiq; penicillo delineandam, ordo invitat susceptus: Quæ voce exprimitur *communis*: Hæc autem, cum non tam respectum involvat ad cognitionem quam prior, incumbit probari per usû, quem respicit & præstat in universâ *Philosoph.* nec non *Theologia* singularem, ac mysteriis Sacri Codicis, quantum decet, enucleandis. Quod autem hi *Termini communissimi* ad res etiam mysticas applicari queant, liquet, non per *univocationem*, sive uniformem & æqualem participationem harum de *Terminis* cum naturalibus, quippe si hæc con-

concederetur, absurda inferri possent infinita ac maximè à veritate cœlesti aliena. Potest tamen id fieri *analogicè*, sive per quandam convenientiæ rationem; toties enim mentis sunt *abstractionibus* percolati, & à statu *Fundamentali*, (uti hoc loco hisce *Terminis* nos jubet necessitas evidens: ) per *Formalem* in *Idealem*, & sic deinceps in *universalem* imperfectionibus subductis, producti, ut nusquam faciant quemquam dubitare, quin in Sacris Pandectis interpretandis, us turò uti possit, modò ne nimium ipsis tribuere & confidere conetur, aut quod est de *materiali* alicujus rei in *formale* introducat, aut *analogiam* strictè tenere cesser. Quæ duplex esse apud Gnostologos statuitur, *Attributionis*, nempe & *Proportionis*. Non hæc attenditur in scrutinio mysteriorum; nam uni ostendit propriè convenire sive *formaliter*, alteri impropiè æquivoce, metaphorice sive per translationem. Sed prior, quæ quidem dicit utrique convenientiam verè at inæqualiter. rebus nempe *Transcendentibus* &

Mysticis per remotionem omnis imperfectionis, siue *eminenter* unde etiam *analogia eminentia* & *perfectio* nuncupari solet: Finitis autem creatis ac dependentibus *predicamentaliter*, *formaliter* tamen seu proprie.

## §. IV.

Ut *correctam* methodum ritè exsequamur; expediet paucis significasse, quid valeant in Theologiâ *Termini Met;* & quomodo ipsi ministrent. Hac autem commodissimè ratione id faciemus, si primo perpendamus eos prout in hoc vel illo requiri decet *subjecto*, quod se studio Theologiæ dicavit. Ipsi verò periclitanti ingenuè tateri erit in proclivi, quantas præter id, quod per *Terminos* conceptus licet complexus unâ voce exprimat compendiosè, ingenium. Erudiendi acuatur, expolietur, ac cognitione imbuatur universalis, nec non necessariâ, ab ignorantia maxime tædâ purificetur; persentiat eorum suppetias, dum in re revelatâ versetur, ac dextrè articulos fidei expli-



plicare teneatur. Non tamen hos vulgariter cuius necessitatem inferre, credendum, quandoquidem non quoad fiducialem fidei articulorum assensum exigatur notitia hæc, in quo pluris commendatur *Piscatoria Simplicitas quam dialectica Subtilitas*, cum Spiritus Sancti producat ope fides & non ex viribus pendeat humanis. Nec cunctis præconibus verbi Divini ducitur necessaria, sed saltem iis, qui perfectam ac solidam dant Theologiæ operam, solidaque Mysteriorum divinatorum gaudere desiderant cognitione, & cum *δυνάμει* inquit Div: Paulus ad Titum 1. cap: v. 9. *τὰς ἀντιλέγοντας ἐλέγχει καὶ ὀπισθομίζειν*; argutias refellere eorum qui detorquent Scripturas, & iniquè exponunt dogmata de *DEO Triuno, Attributis Divinis, unione Personali &c.* per plurimos; quæ igitur prava eorum aberratio, non alii debetur, quam perversæ eorum naturæ, & illius comiti individuo ignaviæ: quod facile constat, cum sc. sibi ipsis nimium sapere videantur, & omisâ se-

C

dulâ

dulâ rerum necessariarum disquisitione, superficiariâ & aliquali notitiâ contenti, provehantur in abscondita naturæ, obfuscatâ tamen mente, quemadmodum manifestè liquet ex verbis Div: Petr. in 2 Epist. cap. 3. v. 16. ἐν οἷς ἔτι δυσνόητα ἵνα, ἀ οἱ ἀμαθῆς καὶ ἀσηκεῖς στρεβλῶσιν, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς, πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν. i. e. in quibus sunt quedam difficilia intellectu, que indocti & instabiles detorquent sicut & ceteras Scripturas ad suam ipsorum perditionem.

## §. V.

Invitari nos nunc faciamus ob robur, quod superadditur assertioni, ad considerationem Theologiæ in se & suâ naturâ, sive formaliter acceptæ, didactica nempe, *elenctica* & *exegetica*, horum necessarió indigæ cognitione. διδασκαλίαν quod attinet; utiles Hos T. non modò præsupponit, verum & pertinaciter exposcit (omisso jam respectu ad *subjectum* recipiens sive cognoscens, quod hoc habitu indutum promptius evadit, prout

osten-

ostensum thes. præcedent:) *ratione objecti cognoscendi*, quando inquam *Mysteria* divinitus patefacta veniunt exponenda, & ex iis conclusiones infallibiles, in *Theologiâ* concinnè formandæ, eruuntur. Hanc sententiam B: D. Calov: suo calculo ratam fecit, dum ajebat, *neque dextè explicari, neque accuratè probari posse*. Non explicari, cum alterutrum extremorum vel utrumque *Terminus est Metaph. aut Metaphysico termino vestitum*. Quales sunt, *Personæ divinæ differunt realiter, Essentia à Personâ non differt realiter &c. ne intelligi quidem possunt ab iis qui habitu Metaphysico destituuntur*. Non probari, confirmatio enim *presupponit intelligentiam*. ἔλεγχος urget non minus Eos sibi competere; quod dispalescit exinde; cum hæreses quæ falsis fictisque innituntur principiis, sive per vitiosam *Terminorum Metaphysicorum* applicationem acquisitis, erint redarguendæ, & veritas *Theologica* à sophisticis vindicanda versutiis, ac masculè propugnanda. Cautè tamen atque sic iis utendum monet, ne abusus fiat, & do-

minium quasi in sacratissima *Theologiae* My-  
 steria concedatur; nam *usus habet laudem*  
*crimen abusus habet.* ἐξυγήσει denique nec  
 minimas terre suppetias videt quivis,  
 dummodo contendit ad æquam pende-  
 re lancem affectiones has *Bonitatem, Po-*  
*tentiam, Necessitatem &c.* quæ variis in  
 Scripturæ locis obviæ sunt. Non equi-  
 dem censendum Hos, pari se habe-  
 re ratione in *Theologiâ*, ac in respectu ad  
 disciplinas inferiores, sed ut medium ac  
 ὄργανον, per quod indoles in cognoscen-  
 do adjuvetur, ut & famulam; quâ de re  
 concinnè refert docetve Clariss: Scharff:  
 cuius hæc sunt verba. *Nos hic semper &*  
*ubique auream mediocritatem observantes Me-*  
*taph: ne nimium tribuamus ipsi, ut ancillam*  
*in Theologico choro, ne parum nimis ut Do-*  
*minam in Philosophiæ foro venerabimur.*

## §. VI.

**N**Onnihil fortassis adhuc lucis iis, quæ  
 dicta sunt, accessurum speramus, si  
 rationes contrarias sub incudem re-  
 vocemus. Quod facturi, in primâ ar-  
 gu-

gumentorum acie collocamus hanc, quam nobis protrudunt vacillantes, hunc in modum: Cujus norma (quam rationem faciunt) est depravata, sequitur id ipsum nec non esse pollutum, atque sic subsumunt de T: M: dicendo eorum normam esse corruptam. Quod tamen minime ratum esse, hinc liquet, cum inficiemur rationem esse Horum normam, adstruentes naturam cognoscendam eo fungi munere, ac annuamus hos prodire ex ratione, non quatenus est contaminata, sed recta scintillulive gaudeat reliquiarum imaginis divinæ. Ut autem assertio hæc evadat plus indubia; conducet annotasse reliquas vocis τῆ Ratio acceptiones easque potissimas: significat autem (a) peculiarem modum probandi, in naturâ extremorum fundatum & Testimonio contradistinctum, quod innuit tritum hoc, *non auctoritate pugnandum sed rationibus*, quandoquidem *hæ rei dubie fidem faciant*, & principium potius esse concedatur T.M. juxta beat: Doct: Flach:

quam norma, cum scientiam gignat; (β) sæpe ipsum intellectum, alteram nempe animæ potentiam; in quâ acceptione non inficias imus ipsam vacillare & cum imbecillitate caliginosâ laborare frequenter: (γ) accipi pro intellectu, sed sibi relicto & extra ductum ac dictamen Spiritus S. constituto; & tum porrò sub voce comprehenditur carnis, quæ adversatur Spiritui, quod conqueritur Gentium Doct: Paulus in Epist. ad Galat Cap: 5. v.17. ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τὸ πνεῦμα ἰ. e. caro enim concupiscit adversus Spiritum, & vice versâ. Hoc verò accepta modo, neque norma, aut Causa esse potest alicujus boni, nec effectus habet indifferentes, sed sub obsequium fidei captivanda venit, utcunque obmurmuret.

## §. VII.

SECUNDUM nunc tenemur æquâ iudicii lance pensitare nec non diluere ratiocinium; quod nobis oggerunt ἀση-  
εῖκται καὶ ἀμάθεις petitum ex verbis Di-

vi Pauli ad Rom. 8. cap. v. 7. Φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς Θεόν, i. e. *Sapientia Carnis inimica est Deo*; huic pro stabiliendo allegare conantur, ejusdem Apostoli effatum ad Corinth: cap: 2, v. 14. ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος ἔδεχεται τὰ τῷ πνεύματος τῷ Θεῷ i. e. *animalis homo non percipit ea quæ Spiritus Dei.* ut & ex Epistolâ ad Coloss: data, cap: 2, v. 8. βλέπετε, μὴ τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγαγὼν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὰ σοιχεῖα τῆς κόσμου, καὶ ἔκατὰ χειρῶν: i. e. *Videte, ne quis vos decipiat & seducat per Philosophiam & inanē fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum Elementa mundi & non secundum Christum.* Quæ Scripturæ dicta assertionem nostram apparenter saltem impugnant; idcirco genuinâ egent expositione quam cum B. Meisnero sic faciamus, attendendo, (N) vocem σαρκὸς *Homonymiâ* multiplici laborare, & Triplici potissimum modo in sacris acceptari (α) ἰδίως pro corpore, alterâ hominis parte, (β) συνεχδοκικῶς pro toto homine (γ) μεταφορικῶς pro cogita-

tationibus carnalibus à naturâ prode-  
 untibus prout est corrupta, cui non tri-  
 buitur esse principium T. M. prius de-  
 claratum. Hinc liquet, Paulum nec pri-  
 mam aut secundam intendere significa-  
 tionem, verum procul dubio ultimam,  
 quam in Epist: ad Rom: 1. 1 Corinth.  
 1: per *sapientiam Mundi* exponit, ex hoc  
 ductu, quod homines sibi satis sapientes  
 videantur & de *fide Apostolicâ, religione  
 Christianâ* &c. humana ferre sustineant  
 iudicia. (2) Dictum verò Pauli ad *Co-  
 rinth: 2. cap:* quod attinet, facile percipi  
 potest ex enucleatione prioris (1) Ter-  
 tium denique effatum facile, clarum eva-  
 dit, modò adhibeatur distinctio (a) inter  
 acceptionē T: M: *materialem & formalem.*  
*Quod autē est de materiali rei vel Termini, non*  
*debet in ejus formale inferri, seu prout apud*  
*hoc vel illud subjectum deprehendatur*  
*vitium eorumve abusus sive vitiosus*  
*usus, non tamen id de Term: in se & suâ*  
*naturâ consideratis, est statuendum (β)*  
*inter ipsos formaliter consideratos, & vi-*  
*ciosam eorum applicationem, nam op-*  
*tima*



*sima rei maximum esse abusum*, inquit Scheibl: Non autem vult Apostolus nos dehortari ab usu Philosophi: sed abusu, quod verba *κων, ἀπάτη* innuunt: Opera ideoq; erit danda, ut tacitè nos faciamus invitari, ad studium illud majori cum nisu amplectendum, ex loco allegato secundum mentem quorundam.

### §. VIII.

**EX** dictis haud difficulter emergit, non minus Universales esse Hos in Circulo *Philosophico*, ut eas fileamus disciplinas, super quas *Met:* dominium tenet, leges præscribit, jura dat, quæ transgredi ipsis non licet, nec ullus dubium super hac re in pectore fovet ac movet, qui modo rectè sapit: ac dicamus pauxillum de his quæ ab eius non pendent nutu directè, *Jurisprudentiâ* nempe, & *Medicinâ*. Quid autem commodi ex *T: M:* communissimis in se redundare perlentiscant, non modo ingenuè fatebitur *Is*, qui hisce imbutus se iis mancipavit studiis, verùm & ratio hoc

dictitat; *Cum omnes disciplina sororio quasi quodam vinculo conjunctæ sint; perhibente Cicerone; & una Matre Minervâ nata, ut Gentiles fingunt; nec non sua petant principia, Medicina ex Physicâ, Jurisprudentia ex Ethicâ. Necessè ergo est, ut Terminos istos, pro ratione suæ indigentia, in suam transferant officinam: Quod intendit & suo comprobat suffragio Doct: Calov: Quin, ait, & Terminis Communissimis atque axiomatibus Generalissimis, nec Juri quidem vel Medici abstinere possunt, quorum tamen accurata cognitio, non nisi è Metaphysicis haberi potest.*

## §. IX.

**M**AGNUM adhæc paritura speramus momentum, verba, si pauca de barbare horum faciamus sono, qui quibusdam fortassis stomachū movet; Propriis autē supersedere jubent non proletaria super hisce Claritate & Eruditione maximè Conspicuum Virorum judicium passim obvia; quæ potissima hic allegare placet; Imprimis Doct: Brunneri  
in

in Epist: ad Quendam suã, quod sic audit. *Difficultatem rerum sepe talium vocabulorum necessitatem nobis imponere, atq; adeo sepe esse, cum non ita curandũ sit, quid benè sonet, sed quid benè intimet atque indicet; hoc idem intendit ante nominatus Scharff: dum inquit, Multiformis rerum tractandarum varietas hispidis interdum & Latii jure nondum probatis vocabulis uti compellit Philosophos. alibi Idem hunc in modum: Necessitas non raro cogit Philosophos, ut noviter effingant vocabula, vel vulgaria ad suas pædias elevent, quibus res abstrusiores eloquãtur, Res enim sunt quasi infinite. Proporrò non modo in Philosophiã, quod innuere testimonia; sed & in Theologiã desiderari ac exposci vocabula licet barbara, quibus exprimantur animi sentia, & ab adversariorum pervicaciã vindicentur testatum fecit apud Doct: Brunner: Juvenis Illustrissimus, quem quidam oculares testes tradunt fuisse, in cœlis jam beatum, Benedictum Oxenstierna Comitem. & Senatorem Regium hisce verbis in Epist: eãdem citatis. Quomodo in hac adversa-*

riorum fraude atque pervitaciâ hujusmodi terminis & adminiculis careere possumus, si quidem cordi sit veritatem contra argutias quasvis perpituè defendere. Et Serupulos eximere conscientis eorum præsertim, qui ingeniosius Sacra dogmata Considerant. Non tamen cuivis pro lubitu eos antiquare licet, & alios magis fortassis Latinos, minus ad rem significandam idoneos surrogare; cum ingeniis discentium negotium facerent, & in illis, quos quotidianus usus â barbarie dudum liberavit ac reddidit familiares, *Claritas commendabilior sit, quam in aliis elegantia*, ait iterum Scharff:

## §. X

NOs Musis addictos invitari denique feramus, ad impensius invigilandum *Terminis* hisce, ut sinistra nos fugiant Insignium Virorum judicia; quæ quondam de impostoribus Horum tulere, & innocua nobis evadant. Unde Scharff: læpius memoratus, *Si proinde vox erit, inquit, nona, & haud ad gustum Oratorum; ledantur inde aures illorum, quibus omnia*

omnia non nisi Ciceronianis leuociniis condita  
 sordes putantur; tamen ut Scalig. apud ipsū  
 hæc sunt verba, Mutuanda sunt quotidiana  
 voces ad usum abstrusarum intellectuum, que  
 rudibus inchoatisq; ingenis acerbæ sunt delicatis  
 atque Ciceronianis etiam ridiculæ. Nec non  
 D. Brunneri in Epist. prius memoratâ,  
 Fastidiunt aliqui hanc Metaphysicem sed abs-  
 que malitia; quia ipsi vim eius non satis  
 perspectam habent, & fidem nimis promptè  
 adhibent sinisterius de illa iudicantibus. Alii  
 eam exagitant, quia literas bonas omnes,  
 quas ipsi non didicerant, contemnunt. Quo  
 spectat etiam tritum hoc; ars non habet  
 osorem nisi ignorantem. Quod in quodam  
 se comprobasse ait itidem D: Brunner.  
 Erat qui falsè derideret illa Metaphysicorum  
 de actu signato & Exercito, sed nondum qua-  
 drans hora præterierat, cum ille videre desit,  
 laudare verò cœpit compendium hoc verborum,  
 intellecto eorum usu de cognoscendo peccato  
 in Spiritum S. tantum explicari sibi cupiebat  
 amplius, quomodo hic notiones mentis signa-  
 ri & exerceri dicantur. Per plurima, qui-  
 dem possunt, satis gnarus, haberi, Sva-

via, utilia, notatue digna super hac re multa, apud Eruditos, quos mihi omnes videre ac perlustrare non sivit immatura ætas, non contigit ob teneras ingenii vires; possent etiam si deprehendi multa; tamen his supersedere potius, quam adhibere, nulla evidente necessitate jubente, jubet studium brevitatis, cui semper litare est mens, modo id fieri queat & concinnè. Interim, LECTOR BENIGNE, dum de Hisce ago, egi, agamve, Te faventem experiri me facias, non vero asperum lividumve, est quod obnixè obtestor, & festinanter cespitanti ignoscas, ac penes Te excusatum reddas: quippe perfacile est mortali in re tam arduâ, sublimi, subtili atque spinosâ cespitare: Tibi autem, summè Potens, REX REGUM, pro acumine mentis viribusque ingenii concessis summa sit semper laus, grates, gloria in perpetuum: Summis Majores pro Triumphis Trophæisque Nostro DAVIDI REGI Potentissimo, Pio atque Felici Concessis,

cessis, quem adhuc omnigeno beare  
 velis successu, ut MAGNUS, GLORIO-  
 sus, appareat Universo Orbi, evadat-  
 què Tuâ manu, Tuo Robore, Tuâ  
 ope; ab omnibus autem malis inacces-  
 sus, frædisfragis fractis, pace pactâ, in  
 Nostram redeat Patriam, ex deside-  
 rio, in gremium suum recepturam,  
 Calidissimis suspiriis, ac summè  
 submissis obtendimus  
 precibus.



